



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Avla ... Thesavorvm Dei In Passione D. N. Iesv Christi
Effusorum ad Resvrrectionem Mvltorum**

Eyschen, Georg von

Coloniæ, 1655

§. 295. Consilio accepto.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45515

188 RESURRECTIO DOMINI N. SECUNDUM MATTHÆUM
gelus & hæ libere sepulchrum intrare permisæ sint, & viderint certitudinē
omnium de resurrectione : Hæc inquam annuntiantes milites in civitate
vulgabant.

Dominus hic video impleri illud Prophetæ, Lingua canum tuorum ex in-
imicis quia quando tu vis etiam veritatem prædicant inimici tui, non
ne & ego inimicus tuus sum ob varia & gravia mea peccata ? quid faciam
ut veritatem tuam agnoscam, eam sequar in emendatione, & tandem glo-
riam tuam, & veritatem prædicem ubique verbo & exemplo : Da obsecro
gratiam Domine ut discam mandata tua, & intelligam ita ut firmiter ea
credam omnia quæ de te scripta sunt & mandata, ut ea faciam, & quæ præ-
dicari iubes prædicem pro gloria tua.

§. 249. Et Congregati cum Senioribus.

Milites scilicet custodes sepulchri convocati effecerunt, ut primum
enim audierunt seniores & Principes hanc de resurrectione Christi veri-
tatem propalarū, ut convenienter ad locum concilii Judæorum, mandarunt
atque ut interea tacerent donec habitu defuper concilio quid loqui &
gere deberent, statuerent apud populum. Vident consilium maligum, ut
ante mortem Christi convenerant in unum, ut eum damnarent morte tur-
pissima, ita nunc ut auferant honorem debitum, & veritatem supprimant.
Quomodo laborant, qui reatum judicium facere & veritatem defendere
decebant ut seniores, prudenterores Doctores & electi è plebe in diploma
Quomodo conantur destruere & supprimere veritatem: quibus technis &
machinationibus? ò tempora ! quid mirum si mendaces sint filii,
ubi parentes sunt adeò fallaces, si Cives mali, ubi injusti gubernatores?
si iniqui, si in interitum ruant, si plagiis multis invisantur & puniantur cives
& subditi, ubi retores iniqui, injusti, malevoli, odientes veritatem, prop-
ter delicia Regum plectuntur Achivi, humiliantur Cives, destruuntur Ci-
vitates, tranferuntur regna.

Bone Iesu, ne in tantum mei obliviscar ut iniquitatem magis amem
quam æquitatem, mendacium quam veritatem: potius obsecro detur
mori, quam velim veritatem supprimere, aut honorem alteri debitum auf-
serre, sic me Deus adjuvet & sancta Dei Evangelia.

§. 250. Consilio accepto.

Auditis hinc inde testimonij de veritate resurrectionis Iesu Christi,
tam per rumorem ciuium quam custodum sepulchri præsentium, quid fa-
cerent, ut tam ipsorum seniorum & principum iniustitia tegetur, maxime
circa Christi Innocentis crucifixionem, quam eius resurrectio à mortuis,

ED

non reuelareretur saltem per custodes sepulchri milites? inenunt malignum consilium, concludentes inuicem esse adhuc copiosam pecuniam in ærario communi Ecclesiæ, ex quo Iudas Ischariot traditor triginta argenteos accepit, posse pro honore tuendo proprio & conseruando etiam maiorem summam accepi nunc pro custodibus sepulchri ad celandam resurrectionis Christi veritatem.

Ecce Consiliarios! Ecce Principes reipublicæ, qui etiam cum vitæ periculo veritatem, & iustitiam tueri & defendere deberent, quomodo hic vendunt, & veritatem & æquitatem, ementes mendacium & sacrilegium non ex propria pecunia, sed aliena, non ex sacerdotali aut diuitum peculio sed Ecclesiæ & pauperum thesauro.

Domine Deus ne vñquam oblecto eo dementiæ veniam, vt meum vel commodum priuatum querant per Ecclesiasticarum retum & pecuniarum sacrarum dissipationem, imo eius sim semper animi, vt me reliquo queram Ecclesiæ & Dei potius & commodum & honorem, quam meum cum vel minimo peccato, & detimento Ecclesiæ vel Dei.

§. 296. *Pecuniam copiosam dederunt militibus.*

Res magni momenti erat resurrectio Christi & consequentia grandis, igitur vt illa non rescitetur maxime per viuos testes & oculatos sepulchri custodes celaretur, opus erat non promissionibus, nec parua pecunia, sed re ipsa corrumpere, & pingui munere obstruere testium ora, itaque non contractum inierunt cum militibus Principes quantum quisque pro silentio habere deberet veritatis, sed statim cuique obtruserunt dantes copiosam pecuniam. Sic sapientes huius mundi prudentiores sunt filii lucis contra Deum & veritatem.

Domine nunquam sic ego sapiens sim vt contra iustitiam velim corrumpere proximum, vel corrumpi vlo munere, quantocunque pretij, sed da gratiam vt omni tempore memor iustitiae eam defendam in veritate etiam cum periculo vitæ, vt tu lauderis semper, & iustitia tua vivat & vincat, etiamsi ego debeam confundi.

§. 297. *Dicentes: dicite quia discipuli eius nocte venerunt.*

O stulta & iniqua instructio, dicite scilicet contra conscientiam & veritatem, quia discipuli eius nocte venerunt at quomodo venerunt o' consultores mali? nonne custodia erat, & milites positi ad sepulchrum qui custodirent: cur milites non repulerunt discipulos si venerunt de nocte iuxta mandatum vestrum: fors non aduerterunt aduenientes? ita vere! Quomo-

Aa 3;

do